

stantibus Jtem duas oras terre in spangum, quam donacionem Ratam habeo & esse volo, & presentibus ipsam confirmo, Jtem arnwido filio fulconis confero & Lego Decem solidos in sigmundaø. cum medietate domorum ibidem constructarum, Jtem Petro, Laurencio, Jacobo & andree. filiis Nicolai de smarum. confero decem oras terre in aspø & vnam Marcham terre in langhalm & swarmø. cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus in predictis predijs existentibus, Jtem in svetlingi tredecim oras terre. in azø vnam oram terre, jn albrigzø. duodecim denarios terre, Jn vallø solidum terre cum decem denarijs terre, in Rugasetrum solidum terre cum decem denarijs terre. in gressø vnam oram terre, Jn suþerbý dimidium solidum terre, Jn nutø vigintj denarios, Jtem in sigmundaø decem solidos terre. cum medietate domorum omnium ibidem constructarum, Jtem in risingi vnum solidum cum duobus denarijs terre, Jn gimmu. quatuor solidos terre, Jn lyistadum vnum solidum terre, Jn seglingi septem solidos cum dimidio, in østbý quatuor solidos cum dimidio, in annø viginti denarios terre, Jn salæganum dimidium solidum terre jn vatnæstadum vnam oram terre, Jn løtþbý dimidiad oram terre, Jn Lundbý duos solidos terre in apastum vnum solidum terre, in hadabyerhum dimidiad oram terre, volens & Rogans reuerendos viros, dominos Nicolaum decanum & Gerardum nostre ecclesie vpsalensis concanonicos, quos mee voluntatis exequatores constituо ut hanc meam voluntatem in omnibus compleant & compleri faciant prout superius est expressum vt autem liqueat omnibus hanc meam ordinacionem esse atque voluntatem presentem litteram seu testamentum sigillo meo proprio vna cum sigillis discretorum virorum, dominorum silicet Andree prepositi Olaui archidyacionj, Nicolai decanj & dominorum, Gerardj, Olauj, øari, Hemmingi concanonicorum meorum signari feci in testimonium & Evidenciam pleniorrem, Scriptum vpsalie.

Af Sigillen: 1, 5—8; andeliga, stycken qvar; 2, 3, 4 bortfallna, remsvorna qvar.

1037.

1291 d. 6 Apr.

Kettilstorp.

HELENA, Böses hustrus gåfvobref på Kettilstorp och Sigrudstorp till Biskopsbordet i Skara,

A. 3. \*)

Jn nomine domini amen. Anno a natuitate eiusdem M.<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>.XC<sup>o</sup>.I<sup>o</sup>.VIII<sup>o</sup>.  
jdus aprilis Ego ELENA vxor bøsonis compos mentis & sana corpore soller-

---

\*) Finnes äfven i B. 6. 27. med öfverskrift: Jtem de kætilstorp et Sigrudatorp ad mensam episcopalem datis.

ter considerans quod hora mortis nichil incercius et ea preueniri timendum sit omnibus neglecto salubriter in aliquo anime preuidere dum sensus sanitatis vigeret menteque non turbata dolore corporis & coacta id cogitare de quo dolet ordinacione voluntatis ultime in qua tranquille mentis exigitur vsus et ratio de bonis mihi a deo collatis ad honorem ipsius et in remissionem peccatorum meorum duxi sanctam ecclesiam suam aliquo pio opere prout facultas mea suppetit honorare quapropter curias meas Kýætilsthorp & sigruthærthorp cum bonis omnibus mobilibus & immobilibus et ceteris earundem pertinenciis intra sepes & extra do & lego Domino .B. scarensi episcopo eiusque in ecclesia successoribus mere ac simpliciter libere & irreuocabiliter perpetuo iure et nomine testamenti. In cuius testimonium testes ad hoc specialiter vocau & rogaui infrascriptos quos & sigilla sua rogaui apponere huic scipto. videlicet dominos Toluonem pætærs. sun &c lika N:o 1037 till: Arnuidum de mun, slundum Datum & actum Kyætilsthorp tempore supradicto.

Et ego Ragnarius rector ecclesie ørsløso parochialis sacerdos & confessor ipsius helenæ suprascriptis interfui et sicut vidi & audiui juratus fideliter hec conscripsi et in testem me subscribo et sigillum meum appono.

Sigillen: 1—6 bortfallna, remsvna qvar; 7 skadadt.

1038.

1291. d. 6 April.

Kettilstorp.

HELENA Böses hustrus bref rörande förrättad skötning på Kettilstorp och Sigrudstorp till Biskopen i Skara.

A. 2. \*)

Omnibus hoc scriptum intellecturis ELENA bösonis vxor in domino salutem Quoniam prothoplasti rubigine memorialis cellula sic suo eclipsatur oficio quod raro vel breuiter seruat que percipit, et quia frequenter eciam piev vel iuste et legaliter gesta subuertere nititur et sepe satis ad hoc insidias parat excogitata malicia peruersorum. ad hec igitur sane consulere vias precludere. et occasiones multas perimere sapientum pericia scripture remedio prouide adinuenit. Vnde huius scripti serie procuraui euidenter omnibus elucere quod curias meas in kyætilstorp & sigruthærthorp quas domino .B. scarensi episcopo et eius in ecclesia successoribus iure & nomine testamenti legau sicut in littera super hoc confecta plene patet. ad maiorem firmitatem

\*) Finnes äfven i B. 6. 26. med överskrift: De Kætelstorp et Sigridstorp in Koknæd.